Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ei. Quia heri hora septima. reliquit
eum febris. Septenarius namque numerus
significatur in donis sancti spiritus in quo sanctitas
omnibus credentibus constat. quia et in sancto spiritu
qui est donum dei. remissio omnium peccatorum
credentibus datur. Septenarius namque nu
merus si diuiditur in tria et quatuor: sanctam
trinitatem significat. In ternario nume
ro. significat omnium creaturarum perfecti
onem. In quaternario itaque quatuor plagas mun
di. et quatuor anni tempora. Quae omnia ex ipso
et per ipsum creata sunt. constant et gubernantur
quoniam in ipso uiuimus. mouemur et sumus.
Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua
dixit ei ihesus. uade filius tuus uiuit. et cre
didit ipse et domus eius tota. Quia nuntia
tum est ei filium sanum. credidit ipse et domus eius
tota. Ad solum ergo sermonem domini crediderunt
plures samaritani. ad illud autem mira
culum sola domus illa credidit. Quae res
portendit in multitudine quidem genti
um. et in paucitate fidem iudeorum. Gentes
non solo sermone: id est predicatione apostoli
ca crediderunt. iudei non signa uiderunt
ipsum dei filium facientem: et tamen pauci cre
diderunt ex eis. Dominica xxii. Secundum Matheum.
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Simi
le est regnum celorum homini regi. qui uolu
it rationem ponere cum seruis suis.
Quod oblatus est debitor eiusdem
domino decem milium talentorum.
et iussit eum uenundari et uxorem eius. et
filios et omnia que habebat et reddi.
intelligendum est decem preceptorum legis
eum fuisse debitorem. et per cupiditatem
atque operibus suis tamquam cum uxore et fi
liis penas soluere debuisse. Quod enim
est pretium uendentium. supplicium damnati
intelligitur. Quod dixi noluit ignoscere con
seruo suo. sed misit eum in carcerem: id est in
telligendum est tenuit contra eum hunc animum
ut supplicium illi uellet irrogare. Conser
ui autem qui narrauerunt domino que fiebant po
test intelligi ecclesia. que et illum soluit
et illum ligat. Preceptum quoque est petro sub
comparatione regis et domini et serui. qui
debitor erat decem milium talentorum. sed
a domino rogans ueniam impetrauerat: ut
ipse quoque dimittat conseruis suis mino
ra peccantibus. Si enim ille rex et dominus ser
uo debitori decem milium talentorum cul
pam tam facile dimisit: quanto magis serui
conseruis suis debent minora dimitte
re. Quod ut manifestius fiat. dicamus sub
exemplo. Si quis nostrum commiserit adulte
rium. homicidium. sacrilegium. maiora crimi
na. decem milium talentorum culpe tam
facile dimittuntur ei. si et ipse dimittat
minora peccantibus. Si in autem ob factam
contumeliam sumus implacabiles. et propter
hoc amarum uerbum perpetes habemus discor
dias. nonne nobis uidemur recte redi
gendi in carcerem. et sub exemplo operis
nostri hoc agere: ut maiorum nobis delic
torum uenia non relaxetur. Interrogauit pe
trus magistrum quotiens ignosceret
fratri qui in illo peccasset: et quesiuit utrum
sufficeret usque septies. Respondit illi
dominus. non solum usque ad septies. sed usque septua
gesies septies. Deinde narrauit simili
tudinem ualde terribilem: quod simile est regnum
celorum homini patrifamilias qui posuit ratio
nem cum seruis suis. in quibus inuenit debi
torem decem milium talentorum. Omnis homo
debitor est et debitorem habet. Debitor
est dei. et debitorem habet fratrem suum.